



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quām extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de
Romæ, M. DCC. XIX.**

Casus IV. Argumentum. Patroni duo possunt alternatim præsentare, nequaquam verò Beneficium secare in duas partes, itaut unus Parronus ad unam, & alius ad aliam Partem Beneficii præsentet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72172](#)

venientis jure Nicoloſe, quæ pariter exclusa remansisset à statuto, ultra quod nec præfatus Joannes Antonius potuifset excludere Claricem, & Catharinam vi-
gore statuti, quod utpotè conditum fa-
vore dumtaxat agnatorum illum in tali
linea minimè existentem comprehendere
non poterat, cùm de caſu ad caſum in
hac materia nulla detur extenſio, quoties
excludere volens non sit inclusus in sta-
tuto, ut omissis aliis noviſſimè pluribus
cumulatis firmavit *Rota in Spoletana Suc-
ceſſionis 17. Februarii 1710. §. Ratio, cum
ſeqq. & ſignanter §. Intelligendo, coram
R. P. D. meo Anſaldo.*

Cùm itaque ex hac tenus firmatis aper-
tè dignoscatur, quod major pars vocum
iſtius jurispatronatus ſemper affiſtit Xa-
verio, ſuperfluum putarunt Domini di-
quirere de alia medietate vocis proce-
dente à Peregrino per medium Hippo-
lytæ ejus filiæ. Quoniam, licet dubitari
valde poſſet, an hæc integra medietas
ſtet favore Calvuccii, cùm in hac juſ
habere prætendant alii compræſentati, ta-
men admiſſo quoque citra alicujus præ-
judicium, quod ad commodum ejusdem
enumerari valeat integra medietas dictæ
vocis Peregrini, dixerunt, illum non po-
ſſe concurrere cum Xavrio, qui habet
voceſ cum dimidia consolidatam in Ho-
nophrio, ut ſupra probatum fuit, ſub-
dentes ſolummodò pro coronide, quod
Calvuccius neutiquam valet conjungle
hanc dimidiā vocis Peregrini cum alte-
tera tertia parte voceſ ſpectantis ad Ni-
colosam, utpotè quia agatur de vocebus
14 provenientibus à diuersis ſtipitibus, quæ
non ſunt conjunglebiles, cùm in unoquoque
ſtipite tantum major pars ſuffocet,
15 & absorbeat minorem, necnon separa-
tam voceſ ab altero ſtipite conſtituat,
ut in hiſ terminiſ notant *Lottber. de re
benefic. lib. 2. quæſt. 11. num. 135. Cardin.
de Luca de jurepatr. difc. 32. num. 4. & ſeqq.
Rota in Lunen. Sarzanen. Cappellania 18.
Aprilis 1687. §. Quæ ſervanda, coram Re-
verendissimo Hervault.*

Et ita utraque parte acerrimè infor-
mantem, &c.

ARGUMENTUM.

Patroni duo poſſunt alternati-
mè preſentare nequaquam verò be-
neſcium ſecare in duas partes,
ita ut unus Patronus ad unam,
& alius ad aliam partem bene-
ſcii preſentet.

S U M M A R I U M.

- 1 Beneficium non patitur ſectionem in ſuis titulis, niſi concurrentibus requiſitiſ, de quibus num. 2.
- 3 Pro extinguenda lite inter Patronos non potheſt fieri ſectio beneficii.

C A S U S IV.

TItius, & Cajus exiſtentes in poſſeſ-
ſione, ſeu quaſi juris preſentandi
reſpectiū pro medietate ad beneficium
ſub invocatione S. Mariæ, & S. Benedicti,
ſitum in Ecclesia A, cum occaſione vaca-
tionum ſemper controverſiæ, graviflmae-
que lites acciderint, decreverunt proin-
de ad bonorum beneficialium divisionem
in duas partes æquales devenir, ex iis-
que duo beneficia conſtituere, alterum
ſub titulo S. Mariæ, alterum verò S. Be-
nedicti firmo remanente ad favorem
uniuſ cuiusque ex dictis patronis ſuo
juſe preſentandi, preces à Summo Pon-
tifice ad Sacram Congregationem Con-
ciliī remiſſas porrexeſunt pro Apoſto-
lico beneplacito reportando; inde pro-
poſito Dubio -- *An beneplacitum Apoſto-
licum ſit concedendum; negatiū reſpon-
dendum ſentiebam, ſtudens apud R. P.
D. meum Petra; quia in hoc caſu pe-
titur diuiſio beneficii, quod in ſuis titu-
lis in integritye conſervari debet, nec
pati ſectionem, juxta Text. in cap. Maj-
oribus, de prebendis, ibique Conzal. num. 2.
Barbos. Lottber. de re benefic. lib. 1. qu. 28.
num. 55. & ſeqq. Et licet poſſit aliquando
fieri ſectio, ut dicitur in cap. Vacante, de
2 preben. Tamen debent quatuor concur-
rere, & preſertim accretio reddituum,
& iuſta cauſa, Lambertin. de jurepatron.
lib. 2. part. 1. quæſt. 7. artic. 11. 12. & 17.
Fagnan. in cap. Perlatum num. 2. & ſeqq.
Deficit namque in hoc caſu augmentum
reddi-*

reddituum, & eò minus concurrit iusta causa, quæ debet esse respectu ipsius Ecclesiæ, nempe defectus Ministrorum pro Divino Cultu; & necessitas Ecclesiæ, non autem si causa concurrit tantum pro utilitate Patronorum, etiamsi fiat ad dirimendas lites, quia hoc non importat necessitatem Ecclesiæ, ut docuit *Lot. lib. 1. quæst. 28. num. 68. Rota in Calaguritana Beneficii de Ariola 14. Maij 1593. coram Giptio.* Eoque magis, quia ut ipsa Rota considerat pro extinguenda lite inter Patronos, potest fieri concordia de alternis vicibus præsentando, non tamen potest fieri sectio beneficii; unde cùm adsit remedium à jure approbatum, non debet recurri ad sectionem, ab eodem jure improbatam, quæ importat dismembrationem non faciendam, nisi concurrente causa. Et ita resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii in causa *S. Agathæ Gothorum Divisionis Tituli Beneficii 15. Junii 1709.*

ARGUMENTUM.

Diviso Jurepatronatus Mixto per Turnum, si vacatio Beneficii contingat in Turno debito Patrono Ecclesiastico, an intrent Reservationes Apostolicæ.

SUMMARIUM.

- 1 *Lotterius tuetur Juspatronatus mixtum in turno Ecclesiastici non esse obnoxium Reservationibus Apostolicis.*
- 2 *Contrarium sustinet Garzias.*
- 3 *Sententia Lotterii in theorelicet sit probabilior, in praxi tamen est sequenda sententia Garziæ.*

CASUS V.

Reservatum fuit Juspatronatus Beneficii ereti in quadam Ecclesia Cathedrali pro una voce hæredibus Fundatoris, & pro altera voce Capitulo ejusdem Cathedralis. Convenerunt inter se tam hæredes, quam Capitulum dividere Juspatronatus per Turnum; seu alternis vicibus præsentare, nimirum quod jus præsentandi in prima vacatione spectet ad solos hæredes, & in secunda vacatione *Pars IV.*

ad solum Capitulum; vacato Beneficio in mense reservato, & in Turno spectante ad Capitulum; Quæritur an illud cadat sub Reservationibus Apostolicis, adeò ut impetrari, & liberè provideri possit à Dataria Apostolica?

- 1 *Quæstio hæc est inter Doctores satis controversa; Lotterius namque de re benef. lib. 2. quæst. 10. num. 98. erroneum existimat beneficium, in hoc casu cadere sub Reservationibus Apostolicis, ea ratione, quia mixtura hæc qualitatis laicalis, & Ecclesiasticae non residet in ipso exercitio, & usu præsentandi, sed in ipsa proprietate Jurispatronatus; unde cùm Turnus non dividat hanc proprietatem, quia Juspatronatus quo ad illam est individuum, ut dixi Part. II. Can. I. & II. in Comment. & in Cas. I. sequitur quod idem Juspatronatus, non obstante Turno, & alternativa inter Patronos laicos, & Ecclesiasticos conventa, semper remaneat mixtum, & consequenter Reservationibus Apostolicis minimè subjectum. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 18. num. 12. Rot. coram Cavaler. decif. 604. num. 4. & decif. 1571. num. 4. coram Coccin. & decif. 171. coram Peutinger, & decif. 541. num. 4. & seq. par. 2. rec. & decif. 9. n. 30. coram Ansaldo, & dicam infra suo loco Part. VI., quam sententiam Lotterii approbat Card. de Luc. de Jurepat. disc. 65. num. 34.*

- 2 *Econtra Garzias de benef. part. 5. cap. 1. §. 2. num. 615., & Moneta de commut. ult. volunt. cap. 10. sub num. 286. tumentur vacante beneficio in Turno Ecclesiastici illud cadere sub Reservationibus Apostolicis; eo quia Patroni Laici, & Ecclesiastici dividendo Juspatronatus mixtum per Turnum censetur voluisse dividere, & separare qualitatem laicalem ab Ecclesiastica, & in turno Ecclesiastici reddere Juspatronatus totum Ecclesiasticum, & quia cessat in hoc casu ratio præjudicii, ob quam Juspatronatus mixtum non cadit sub generalibus reservationibus, dum nullum præjudicium patitur Patronus Laicus, si in Turno Ecclesiastici beneficium provideatur per Sedem Apostolicam; Quoniam provisio Apostolica consumit in hoc casu Turnum Ecclesiastici, & succedente iterum vacatione beneficii præsentatio spectat ad Patronum laicum.*

G

laicum.